

Decretum irritans.

alterius licentia de super minime requisita etiam perpetuo, dicta auctoritate, concedendi, applicandi, appropriandi, & assignandi, ceteraque de super necessaria, & quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, & exequendi quaecumque necessarium, & opportunam facultatem, & auctoritatem eorundem tenore presentium tribuimus, & impartimur.

§.3. Decernentes ipsas presentes literas, & in eis contenta, ac inde juxta eorum formam, & tenorem securam quaecumque nullo unquam tempore sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum, revocationibus, limitationibus, suspensionibus, aliisque contrariis dispositionibus etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, etiam motu proprio, & de apostolica potestate plenitudine pro tempore faciendis comprehendendi, vel comprehensa censi, sed ipsas presentes literas tanquam ad divini cultus, ac Religionis, bonorumque, & piorum operum incrementum concessas semper ab illis excipi, & exceptas, ac quoties illa emanaverint, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub posteriori data per eos, ad quos pro tempore spectabit quodcumque eligenda concessas intelligi, firmasque, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, ac dictae Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obstantibus praemissis, ac quatenus opus sit nostris, & Cancellariae Apostolicae Regulis de iure quaesito non tollendo, ac de unionibus, dismembrationibus, suppressionibus, & applicationibus perpetuis committendis ad partes, vocatis quorum interest, exprimendoque in eis vero valore, necnon Lateranen. Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas nisi in casibus a iure permissis fieri prohiben., aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac praedictorum Monasteriorum, & Ordinum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, etiam dictis Ordinibus, & Monasteriis, eorumque sub-

perioribus, & personis quibuscumque sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogationum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie etiam consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi praesentibus pro sufficienter expressis, ac ad verbum inferri habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die vigesima quarta Augusti 1667. Pontificatus nostri Anno I.

Dat. die 29. Aug. 1667. An.I.

IX.

Confirmatio Concordiae inter Archiepiscopum Toletan., ac Priorem, & Fratres Conventus S. Bartholomaei de Lupiano Ordinis S. Hieronymi Toletan. Diocesis. per quam modus colligen. Decimas stabilitur.

Ven. Fratri Episcopo Conchen.

CLEMENS PAPA NONUS

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

Nuper pro parte dilectorum filiorum nostri Paschalis tituli S. Balbinae Sanctae R. E. Presbyteri Cardinalis de Aragonia nuncupati Ecclesiae Toletan. ex concessione, & dispensatione Apostolica Praesulis ac Prioris, & Fratrum Conventus S. Bartholomaei Oppidi, seu loci de Lupiana Ordinis S. Hieronymi Toletan. Diocesis. Nobis expositum fuit, quod alias lite, & causa, seu quaestio materia inter ipsos Paschalem Cardinalem Praesulem ex una, ac Priorem, & fratres ex altera partibus de, & super proprietate Decimarum ex infra scriptis Terris, & possessionibus ad dictum Conventum spectantibus provenientium, ab Archiepiscopo Toletan. praetensa coram certis illarum partium iudicibus competentibus introducta, & in gradu appellationis in secunda, seu alia veriori Instancia coram Apostolicae Sedis Nuncio in illis partibus commorante indecisa pendente, iidem Paschalis Cardinalis, & Praesul, ac Prior, & fratres provide considerantes graves litium expensas, illarumque dubios eventus, & propterea ulterioribus expen-

Motiva huius constitutionis

sis

sis huiusmodi parcere volentes, ac pro bono pacis, & quietis ad infra scriptam sub nostro, & Sedis Apostolicae beneplacito venerunt inter se concordiam, videlicet: Quod bona, possessiones, & terrae in locis, seu Oppidis de Pitriilla, Lupiana, Orche, Balberda, Latanzon territorio de Alcocete Valbuena, Cabanillas, Quer, Alobera, Marchamalo, Romanones, Baldeabervelo, Usanos, Chisveches, Lauzena, & Civitat. nuncupat. de Guadalajara existentia, & in terminis, & Decimalibus ad dictum Conventum tam ex antiqua fundatione, quam ex emptione, haereditatibus, aut legatis piis, five alio quocumque titulo quomodolibet spectant, dummodo propriis dicti Conventus expensis curentur, & colantur a Decimarum solutione praedicto Archiepiscopo facien. ad praesens, & deinceps omnino libera sint, quodque si contigerit dictum Conventum aliquas ex dictis Terris, seu possessionibus ipsius Conventus Subditis, seu familiaribus, vel quibusvis aliis personis in administrationem assignare, tunc Decimae exinde provenientes pro medietate dividantur, quarum altera Archiepiscopo, reliqua vero Conventui praedictis aequaliter solvantur juxta ratam per Parochos locorum, seu Oppidorum huiusmodi designandam. Quodque si Conventus huiusmodi aliquas ex supradd. Terris, seu possessionibus cuiquam pro medietate responsionis fructuum concesserit, Decimae a participantibus medietatem fructuum huiusmodi integraliter ipsi Archiepiscopo solvantur, dictoque Conventui decimae eorum medietatis tantum proveniant. Ex Terris vero, seu possessionibus in dictis terminis, & decimalibus huiusmodi quas dictus Conventus in censum perpetuum, haecenus concessit, & in posterum concedet. Decimae dicto Archiepiscopo integraliter solvantur exceptis tamen ex illis quodam horto del Peral nuncupato, & quadam Vineae Joanne Garzia ad praesens obtent., & in loco de Lupiana existent. quorum Decimae d. Conventui solvi debent. Quodque si Terrarum, seu possessionum huiusmodi in censum perpetuum, ut praefertur, concessarum, & in posterum conceden. exceptis horto, & Vineae praedictis quavis de causa concessio huiusmodi in favorem dicti Conventus cessaverit, & illas Conventus huiusmodi in assuetum concedet, Decimae exinde provenientes pro medietate Archiepiscopo, & Conventui praedictis solvantur, & si denuo per Conventum aliqua alia concessio perpetuo fiet, tunc Decimae huiusmodi integraliter Archiepiscopo solvantur; si vero dictus Conventus in futurum aliquas alias Terras, seu possessiones in supra dictis Terris, & Decimalibus ex emptionibus, seu haereditatibus, aut legatis piis, vel alias quomodolibet adquisierit, Decimae exinde provenientes licet terrae, seu possessiones huiusmodi sic acquisite propriis dicti Conventus expensis curentur, & colantur dicto Archiepiscopo integraliter solvantur. Decimae quoque ex

fructibus Oliviarum in terminis de Pitriilla, & Lupiana existent. & ad medietatem a dicto Conventu, ut praefertur, concessarum provenien. ad eundem Archiepiscopum, pro anno proximo praeterito spectent, prout superius dictum fuit, dictusque Conventus ratione fructuum per eum in terminis de Pitriilla, & Lupiana a die incepta super praesentibus litis usque ad concordiam huiusmodi transactionem perceptorum, eidem Archiepiscopo summam duorum millium regalium monetae de Vellon in die festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi an. proxime venturi in Oppido de Alcalá de Henares, ac potestate Joannis Canpuzano Jurium dicti Oppidi Receptoris propriis sumptibus sub poena sexcentorum morapetinarum pro salario quotidiano tam eundo, stando, & redeundo persona pro exactioe huiusmodi transmittenda assignando persolvere debeat, & teneatur, ac sub nonnullis aliis pactis, & ordinationibus licitis tamen, & honestis prout in Instrumento per acta Gregorii del Castillo Notarii publici Apostolici illarum partium desuper confecto, plenius dicitur contineri.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, exponentes praedicti praemissa pro firmiori illorum substantia Apostolica Confirmationis nostrae patrocinio communiti summopere desiderent; Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, dictorumque Prioris, & fratrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Fraternitati tuae Frater Episcopo, qui ut asseritur, Ordinarius vicinior existis per praesentes committimus, & mandamus, ut constituto Tibi de narratis, transactionem, seu concordiam inter partes praedictas initam, ut praefertur, confectamque desuper instrumentum huiusmodi, cum omnibus, & singulis in eo contentis, alias tamen licitis, & honestis, auctoritate nostra apostolica confirmes, & approbes, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adicias, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint suppleas.

§.3. Non obstantibus sel. rec. Pauli II. & aliorum Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ecclesiae Toletan. ac Ordinis, & Monasterii huiusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis,

Confirmat Pontifex pro ut in subsc.

Contrariis derogat.

firmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die vigesima septima Augusti 1667. Pontificatus nostri Anno I.

X.

Constitutio super Reformatione Jurisdictionis Tribunalis Burgi.

CLEMENSE PISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

In hoc primo Nostri Pontificatus ingressu id a Nobis nostri muneris ministerium exigit, ut in remotos aequae, ac proximis paternae charitatis officium extendatur: nulli tamen invidiosum fore credimus, si a dilectis filiis Almae Urbis nostrae habitatoribus, iisque potissimum, qui illius Regionem Burgi vocabulo nuncupatam nostro Vaticano Palatio propinquam sub oculis fere nostris inhabitant, nostra beneficia initium capere conspiciantur.

§.1. Propterea cum fel. rec. Julius Papa III. Praeceptor noster per suas sub Annulo Piscatoris, die 22. Febr. anni 1550. Pontificatus sui primo expeditas literas Gubernatori utriusque Burgi S. Petri privatam, & particularem Jurisdictionem civilem, & criminalem, merumque, & mixtum Imperium, ac gladii potestatem concesserit, cum facultate deputandi Judices, Procuratorem Fiscalem, Notarios, & Exequutores, eaque Jurisdictione postmodum a nonnullis ex Praeceptoribus nostris, in similitudinem Gubernatorum electione, per alias eorum literas sub plumbo, seu Annulo Piscatoris, ut praefertur, expeditas, renovata, & declarata, & forsitan consuetudine ampliata extiterit.

Motiva reformationis.

§.2. Nos considerantes, quod multa etiam ab initio mature discussa, & ad optimum finem instituta tractu temporis diversimode regenda, & gubernanda sunt, experientia, & successiva rerum mutatione sic docentibus, certioresque insuper facti, quod eidem Burgi Tribunali pro congrua Officialium ejusdem sustentatione non aliter provisum sit, quam ex taxis majoribus, & gravioribus excedentibus taxas aliorum Tribunalium, & praecipue Gubernii Urbis: atque hinc dispendia, & querimoniae oriuntur illorum, quorum beneficio erectum fuit; quodque ex Tribunalium multiplicitate frequenter contentiones super Jurisdictione insurgunt, necnon inter

se se discrepantes processus, quae omnia, & reis molestias aggravant, & causarum expeditioni impedimento sunt.

§.3. Proinde subditorum nostrorum commodo, & recto justitiae cursui consulentes, nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ad hoc a Nobis specialiter deputatorum desuper auditis sententiis, hac nostra perpetuo valitura Constitutione praefatam Julii, aliasque quascumque Praeceptorum nostrorum Constitutiones, ac literas (quarum tenores hic pro expressis, & insertis haberi volumus) ut praefertur emanatas, in ea tantum parte, cui haec nostra Constitutio adversatur, revocamus, & annullamus, quas tamen in reliquis in suo robore permanere volumus. Et in futurum dilectum filium, nunc, & pro tempore existentem Almae Urbis nostrae Gubernatorem ejusdem Burgi Vicegubernatorem sive pro causis civilibus, criminalibus, & mixtis, cum omnibus facultatibus sibi in aliis dictae Urbis Regionibus, etiam vigore literarum, seu chirographorum, de quibus specialis, seu specialissima mentio habenda foret, competentibus, per praesentes deputamus, ac deputatum esse volumus, & decernimus. Ita quod pro Burgi causis hujusmodi nobis, Successoribusque nostris tantum, & non aliis rationem reddere, aut parere teneatur. Et cum jam ex speciali nostro chirographo indemnitati possessoris officii Notariatus dicti Burgi consultum sit, mandamus eidem Gubernatori Vicegubernatori, ut praefertur deputato, quatenus pro exercitio Jurisdictionis Burgi hujusmodi eidem Judicibus, Exequutoribus, carcerumque Custodibus, quibus in gubernio Urbis utitur, ac iis Notariis, qui de mandato nostro pro praedictis causis ejusdem Burgi deputati fuerint, utatur, & ab omnibus supradictis, aliisque Officialibus in eisdem causis civilibus, criminalibus, & mixtis, Urbis Gubernii taxas servari faciat.

§.4. Declarantes, quod Edicta, Decreta, Sententiae, & Acta, quae ab ejusdem Urbis Gubernatore, sive ejus Locumtenentibus, aliisque Officialibus pro tempore emanabunt, in Burgo, & ab ejus habitatoribus (vigore Jurisdictionis, quam nos eidem Urbis Gubernatori, uti Vicegubernatori Burgi per praesentes tribuimus) observari debeant, etiam si in Edictis, decretis, sententiis, aliisque actis praedictis talis titulus non exprimitur, ac Locumtenentes, Substitutos, Exequutores, aliosque Officiales pro gubernio dictae Urbis deputatos eo ipso, etiam pro eisdem causis Burgi deputatos esse, & censeri debere: privatam tamen Notario tam criminali, quam civili, ac Mandatario pro causis ad dictam Regionem Burgi pertinentibus deputandis reservantes.

§.5. Injungentes eidem Urbis Gubernatori, ut omnes scripturas, omniaque acta usque in praesens in officio Burgi extantes, & extantia ad officium Gubernii Urbis asportari, illasque, & illa, prout causas civiles,

viles, aut criminales concernunt, Notariis civilibus, & criminalibus pro causis Burgi deputandis separatim, & respective consignari faciat, praevio tamen illarum, & illorum inventario, ad hoc ut de eisdem rationem reddere teneantur.

Recursum in civilibus Burgi.

§.6. Recursum autem in civilibus causis Burgi, Camerae nostrae Apostolicae Generali Auditori, prout antea competebat, reservamus.

§.7. Injungimus praeterea eidem Urbis pro tempore Gubernatori, ut in Burgo pro bono ipsius gubernio, & Incolarum securitate tot Birrarios sub uno vigili Conductore, quot sibi prudentia praevia suaserit, & exegerit necessitas, morari curet.

Jurisdictioni Judicis Burgi derogare non intendit.

§.8. Declarantes etiam in locis, & causis civilibus, & criminalibus, & mixtis, in quibus Burgi Judex Jurisdictionem privatam habebat, nullam deinceps Jurisdictionem acquirere, seu exercere posse alia Tribunalia, Judices, & Exequutores Urbis, quae, & qui ante praesentium emanationem in eisdem eam non exercebant volentes, ut supra dictum est, quod praefata Jurisdictione Urbis tantum Gubernatori, tamque Burgi Vicegubernatori, ejusque Curiae private concessa censetur. Quodque in reliquis, iis tantum exceptis, de quibus in praesentibus dispositum est, Burgi Gubernatori a Nobis, Successoribusque nostris pro tempore pariter eligendo, eadem prerogativa, honores, emolumenta, etiam ex penis, confiscationibus, ac Notariorum, & Mandatariorum responsionibus provenientia, commodaque omnia remaneant, quibus Burgi Gubernatores, qui pro tempore fuerunt, haec tenus frui sunt, & frui consueverunt. Cum Burgi gubernium nequaquam extinguere, seu suppressere, sed tantummodo normam, & quibus ministris illud regendum, & administrandum sit, praescribere intendamus.

§.9. Verum, quia Conclavis Gubernator in Burgo Jurisdictionem exercere solitus est: Volumus, & ordinamus, quod idem Conclavis Gubernator a Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegio pro tempore eligendus, Sede Apostolica vacante, in eodem Burgo, hoc est, in situ, qui a Burgi moenibus includitur, & a flumine prope portam S. Spiritus incipiendo, ad portam Equitum levis armaturae, ad portam Fabricam, & deinde ad Portam Angelicam, Portam Castellii vulgo nuncupatam, ad Pontem usque Sancti Angeli inclusive decurrit, comprehensis ex parte Burgi ripis fluminis, earumque annexis, eandem Jurisdictionem civilem, & criminalem, merumque, & mixtum Imperium habeat, prout in praeteritis Sedis praedictae vacationibus habebat, sed in aliis locis extra Burgi moenia hujusmodi remanentibus, in quibus Burgi Judex Jurisdictionem privatam exercebat, eandem Urbis Gubernator praedictus tanquam Burgi Vicegubernator tam plena, quam vacante Sede hujusmodi exerceat. Declaramus insuper, quod Jurisdictione praefata Conclavis Gubernatori concessa, causas tantum Bull. Rom. Tom. VI. Par. VI.

comprehendit, quae post ejus electionem inceperint, relictis aliis, quae ante ejus electionem hujusmodi inchoatae fuerint, absque ulla suspensione, & impedimento dictae Urbis Gubernatori, ad quem, & illa devolvantur, quas praedictus Conclavis Gubernator, antequam expiret ejus Jurisdictione, quam nos initio sequentis post Summi Pontificis electionem dici terminare decernimus, absolvere non potuerit.

§.10. Volumus etiam, quod pro dicta Jurisdictione exercenda Conclavis Gubernator in causis criminalibus deputet unum ex substitutis Locumtenentibus in Urbis Gubernio: pro causis vero civilibus civilem Gubernatoris Urbis Locumtenentem, & in utrisque causis Exequutoribus Gubernatoris Urbis utatur, Notariosque, & respective Mandatarium assumat illos, per quos acta, & Civiles, ac criminales causae Burgi respective in futurum agentur, & ab omnibus servari omnino curet taxas, quibus utitur Urbis Gubernator, cui stricte praecipimus, & mandamus, ut eosdem Locumtenentes, Notarios, & Exequutores, & alios Ministros necessarios Gubernatori Conclavis prompte, & sine difficultate subministret.

§.11. Mandamus insuper Custodibus qualiumcumque Urbis carcerum, quod recipiant, custodiant, & relaxent delinquentes ad eorum carceres transmissos a Tribunali Gubernii Conclavis, juxta illius Gubernatoris ordinationes, & mandata: dantes facultatem eidem Gubernatori Conclavis mittendi ejus Locumtenentem criminalem, & Ministros, ad actus opportunos faciendos pro causis ad eum spectantibus, ad quoscumque carceres, & alia loca Urbis, ubicumque opus fuerit.

§.12. Denique committimus dilecto filio nostro, & Camerae nostrae Apostolicae praefatae Generali Thesaurario, ut pro eadem Camera vendat, seu vendere faciat domum, seu domos, quae antea pro Officialibus Burgi, & carceribus ejusdem Tribunalis inserviebant, & venditione facta pretium recipiat, sive, si ipsi ita videbitur, eas ad usum privatarum domorum reducat locet, locandasque curet, cui proinde necessariam, & opportunam facultatem concedimus.

§.13. Decernentes praesentes literas semper, & perpetuo validas, & efficaces existere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, nec eas sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, & Cancellariae Apostolicae Regulis editis, & edendis comprehendi, nec per eas revocatas esse, aut fore, vel censeri posse: sed quoties eas comprehendi, aut revocari contigerit, toties ex nunc, prout ex tunc, in pristinum statum restitutas, & de novo concessas esse; Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, ac Palatii nostri Apostolici, A a stolici,

Venditionem domorum pro Officialibus Burgi, & Carceribus Thesaurario Camerae committit.

1667.

Contrariis derogat.

stolici, & dictæ Camere Auditores, subla- ta eis, & eorum cuilibet quavis aliter judi- candi, & interpretandi facultate, judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis au- thoritate scienter, vel ignoranter contige- rit attentari.

§.14. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ præfate Regula de jure quaesito non tollendo, ac prædicti Julii III. aliusque Prædecessorum hujusmo- di Constitutionibus, & Ordinationibus Apo- stolicis, ac Tribunalis Burgi, & Urbis hu- jusmodi, quatenus in aliquo obtent, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indul- tis, & Literis Apostolicis in contrarium, præmissorum forsitan quomodolibet concess- is, approbatis, & innovatis. Quibus om- nibus, & singulis, etiam si alias pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expres- sa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia ex- pressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hu- jusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita ob- servata inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & in- sertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio pe- uas.

§.15. Nulli ergo omnino hominum li- ceat hanc paginam nostram revocationis, annullationis, voluntatis, deputationis, mandati, injunctionis, reservationis, de- clarationis, intentionis, commissionis, concessionis, ordinationis, derogationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apo- stolorum ejus se noverit incursum.

Dat. die 1. Sept. 1667. Au. I.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1667. Kal. Septemb. Pontificatus nostri Anno I.

XI.

Confirmatio quorundam Decretorum, editorum in Capitulo Generali Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci Capuccinorum.

CLEMENS PAPA NONUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DEbitum Pastoralis Officii, quo Eccle- siæ Catholice regimini divina dispo- sitione præsidemus exigit, ut paternam, Christifidelium divinis obsequiis sub suavi- arctioris Religionis jugo mancipatorum, uberesque bonorum operum fructus bene-

1667.

Causa appro- bationis decre- torum.

dicente Domino proferre jugiter satagen- tium curam gerentes, illa, quæ pro felici- prosperoque eorum regimine provide con- stituta esse noscuntur, ut firma atque illi- bata persistant, Apostolici muniminis pa- trocinio robaremus.

§.1. Exposuit siquidem Nobis nuper dilectus filius noster Hieronymus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Farnesius nuncupatus, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum, apud Nos, & Sedem Apo- stolicam Protector, quod in nupero Capitulo Generali dicti Ordinis cum consensu, & approbatione omnium Vocalium in eo congregatorum facta, & stabilita fuerunt pro felici ejusdem Ordinis gubernio decre- ta, seu capitula tenoris qui sequitur, vi- delicet.

Decreta refe- rantur.

§.2. Primo. Cum non possit Pater Ge- neralis complere totam Religionis visita- tionem decursu sexennii, expedit differre officium Generalatus usque ad septennium & quod si durante septennio, non com- pleta visitatione decedat, primus Definitor sub nomine Vicarii Generalis perficiat vi- sitationem, & maneat in officio usque ad complementum dicti septennii: ipso au- tem impedito, vel non valente, succedat alius Definitor gradatim juxta Constitutio- nes. Secundo. Cum Capitula Provincia- lia modo sint annualia, expedit, ut in po- steriorum fiant tantum de triennio in tri- ennium, & singulis annis fiat Congregatio intermedia, in qua subrogentur novi Guar- diani illis, qui tempus jam compleverunt: sicut etiam illis, qui licet tempus non com- plexerint, minus tamen apti reputabuntur, in eadem etiam fiat syndicatus Procurato- ris Provincialis per quatuor Definidores ad hoc specialiter Definitorio congregandos, ubi dicat suam culpam, consignet, & de- ponat Sigilla in signum humilitatis, quam- vis ipse non sit depositus, salva tamen fa- cultate Patri Generali convocandi prædi- cta Capitula occasione suæ Visitationis, vel alias, si, & quando judicaverit necessa- rium. Tertio. Procurator Generalis non concurrat ad Generalatum in Capitulis in posterum celebrandis dumtaxat. Quarto. Definidores actuales in posterum (durante eorum officio) non possint eligi in Guar- dianos: habebunt tamen vocem in Capitulo Provinciali, dum actu sint Definidores, vel Custodes ad Capitulum Generale, etiam si non concurrant ad Discretatum. Ex- provincialis vero post annum poterit eligi in Guardianum juxta Constitutiones. Quinto. Definidores completo Definitoriatus offi- cio nullam habeant præcedentiam, sed il- lum tantum locum obtineant, qui ipsis non ex officio jam completo, sed ex antiqui- tate professionis debetur. Sexto. Patres Generalis, & Provinciales completo eo- rum officio sedeant (durante Capitulo, ) in ultimo loco Sacerdotum, & per aliquot dies abluant utensilia: similiter in Procef- sionibus, quæ fiunt durante Capitulo, oc- cupent ultimum locum Sacerdotum. Septi-

mo.

1667.

Concedit pro ut in rubr.

mo. Guardiani tempore Adventus nullo modo concionentur extra locum suæ Guar- dianiæ, quod etiam servetur tempore Quadragesimæ, nisi agatur de Conciona- toribus insignibus, vel urgens necessitas suaserit P. Generali eos in casibus particu- laribus dispensandi, & tunc idem Genera- lis provideat Conventui de Vicario gravi, & idoneo. Concionatores vero prædicti non mittantur nisi ad Provincias, & loca viciniora. Octavo. Non prædicent Lecto- res tempore Quadragesimæ, sed per totum anni cursum lectionibus incumbant. Stude- dentes non mutentur in aliam ab alia fami- lia, in qua student: nulli concedatur Lector particularis: studeant per septennium in- tegrum, super quibus dispensari non possit. Nono. Concionatores non concionentur extra suas Provincias, nisi sint Prædicato- res insignes, & concionari debeant in Cathedralibus, seu aliis conspicuis Eccle- siis. Decimo. Confessores non admittantur ad audiendas confessiones Fratrum, & Lectores ad lectionem, nisi approbati fue- rint prævio rigoroso examine, ac per vota secreta Examinatorum. Undecimo. De- finitores Generales resideant Romæ, qui- bus pro urgentibus, & gravioribus negotiis Religionis sit communis commissio gene- ralis facta Patri Procuratori Generali a P. Generali: ita ut procedant insimul, & conjunctim usque ad Capitulum Generale, in quo singuli habebunt vocem electivam tamquam unus ex Custodibus suarum Pro- vinciarum. Duodecimo. Provinciales qui nondum compleverunt triennium, durent donec compleant. Oratio mentalis quæ tempore æstivo fiebat post meridiem, fiet mane ad primam. Hieronymus Cardina- lis Farnesius Protector. Fr. Fortunatus Minister Generalis. Fr. Bonaventura a Re- cino Procurator Generalis. Fr. Aloysius a Verona Definitor Generalis. Fr. Lucas Maringuis Definitor Generalis. Fr. Fran- ciscus de Xeres Definitor Generalis. Fr. Claudius Bituricensis Definitor Generalis.

§.3. Cum autem, sicut eadem expo- sitio subjungebat, dictus Hieronymus Car- dinalis Decreta, seu Capitula hujusmodi, quo firmiter subsistant, & serventur ex- actius, Apostolicæ confirmationis nostre robore communiri summopere desideret: Nos piis ejusdem Hieronymi Cardinalis votis favorabiliter, quantum cum Domi- no possumus, annuere cupientes, suppli- cationibus ipsius Hieronymi Cardinalis Nobis super hoc humiliter porrectis incli- nati, Decreta, seu Capitula præinserta au- thoritate Apostolica tenore præsentium, confirmamus, & approbamus, illisque in- violabilis Apostolicæ firmitatis robur adii- cimus, ac omnes, & singulos juris, & fa- cti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§.4. Mandantes propterea, & præci- pientes in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub- privationis vocis activæ, & passivæ poena per transgressores ipso facto incurrendæ omnibus, & singulis memorati Ordinis Su- Bull. Rom. Tom. VI Par. VI.

1667.

Decretum ita- ritans.

Derogatio contrationum

Transumptio- rum fides.

Dat. die 9. Sept. 1667. Au. I.

Ex Regest. in Sect. Brev.

Procuratorum

terioribus, Fratribus, & personis ceteris- que ad quos spectat, & pro tempore specta- bit, ut Decreta, seu Capitula præinserta in- violabiliter observent. Ac decernentes ipsas præfatas Literas, & Capitula, seu De- creta præinserta semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plena- rios, & integros effectus fortiri, & obtine- re, ac illis ad quos spectat, & in futurum quancumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordina- rios, & delegatos, etiam causarum Pala- tii Apostolici Auditores judicari, & defini- ri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit atten- tari.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Or- dinis, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis fir- mitate alia roboratis statutis, & consuetu- dinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmis- sorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin- gulis, illorum tenores pro plene, & suffi- cienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibus- cumque.

§.6. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 9. Sept. 1667. Pontificatus nostri Anno I.

XII.

Prævia ratificatione Investituræ Regni Sici- liæ, & Hierusalem cum tota Terra ci- tra Pharam Regi Catholico ab Alexan- dro VII. factæ eundem Regem quatenus Ducatus Mediolanen. majorem partem Lombardiæ comprehendat, absolvit, & dispensat ad obtinen. dictum Regnum, cum supraddicto Ducato Mediolanen.

Charissimo in Christo filio nostro Carolo His- paniarum Regi Catholico.

CLEMENS PAPA NONUS

Charissime in Christo fili noster salutem, & apostolicam benedictionem.

PRæclara Prædec. tuorum in hanc San- ctam Sedem merita, sinceraque fides A a a & exi-

& eximia pietas, ac fervens devotio tua, quibus in nostro, & dictae Sedis conspectu clarere dignosceris, merito nos inducunt, ut Te specialibus favoribus, & gratiis prosequamur.

Motiva praesentis Consilii.

§.1. Sane licet clarae memoriae Philippo IV. Hispaniarum Rege Catholico genitore tuo rebus humanis, sicut Deo placuit exempto, Regnum Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharum una cum aliis Regnis, Provinciis, & Ditionibus universis, ad Te uti eius filium, & haeredem jure successionis, modoque, & forma infra scriptis legitime pervenerit, & fel. rec. Alexander Papa VII. Praedecessor noster ipsum Regnum Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra, quae est citra Pharum usque ad confinia Terrarum S. R. E. (excepta Civitate Beneventana cum ejus Territorio, & pertinentiis, necnon Terra, sive loco Pontiscurvi Aquinaten. Diocesis, ejusque Territorio, quae dictus Alexander Praedecessor sibi, & eidem Ecclesiae reservavit) Tibi pro Te, tuisque Haeredibus, & Successoribus Aragoniae Regibus tam masculis, quam feminis ex te recta linea descendentibus natis, & nascituris, ac aliis tunc expressis personis in feudum perpetuum de Venerabilium Fratrum suorum ejusdem S. R. E. Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, consilio pariter, & assensu pro solito annuo censu, ac alias sub certis modo, & forma tunc expressis conceperit, & largitus fuerit, ac Regnum ipsum Tibi modo, & forma hujusmodi infeudaverit, Teque de illo investiverit, nihilominus quia alias rec. mem. Julius Papa II. similiter Praedecessor in concessione Regni Siciliae hujusmodi, & Hierusalem cum tota Terra, quae est, ut praefertur, citra Pharum usque ad confinia Terrarum S. R. E. excepta Civitate Beneventana, & ejus Territorio, ac pertinentiis per ipsum Julium Praedecessorem clar. mem. Ferdinando Aragoniae, & utriusque Siciliae Regni dicti Philippi Genitoris tui Atavo pro se, & suis in Regno Aragoniae Successoribus tam masculis, quam feminis ex recta linea descend. natis, & nascituris in feudum perpetuum facta similiter de Ven. Fratrum suorum S. R. E. Cardinalium consilio, & forsitan ante eum diversi alii Romani Pontifices Praedecessores nostri tunc sui voluerunt jure jurando firmari, quod tam ipse Ferdinandus Rex, quam ejus in dicto Regno Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharum, Haeredes, & Successores nunquam procurarent eligi, vel nominari in Regem Romanorum, aut Theutoniam, vel Dominum Lombardiae, seu Tusciae, aut majoris partis earum, nec electioni, vel nominationi assensum praestarent neque se intromitterent ullo modo in regimine ipsius Regni Romani, seu Theutoniam vel Dominii Lombardiae, aut Tusciae, seu majoris partis earum, ad quodcumque eorum ipsi nominati fuissent, vel electi, & si post talem electionem de Regno Romano seu Theutoniam, aut Dominio Lombardiae, vel Tusciae, seu majoris partis earum ma-

nifeste se intromitterent, sine expresso Romani Pontificis mandato, eo ipso a jure Regni Siciliae citra Pharum hujusmodi caderent ex toto, prout in ipsorum Julii sub dat. quinto nonas Julii pontificatus sui anno VII. ac Alexandri Praedecessorum sub dat. Romae apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominice 1666. tertio dec. Kalen. Julii Pontificatus sui anno XII. necnon forsitan aliorum Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum confectis literis, quarum omnium, & singularum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus haberi volumus pro expressis plenius continetur, a nonnullis haesitari possit an Ducatus Mediolani, cujus Tu etiam Dux existis, majorem partem Dominii Lombardiae hujusmodi comprehendat, ac Tu Regnum Siciliae, & Hierusalem cum tota Terra citra Pharum hujusmodi cum dicto Ducatu obtinere possis, nec super haesitatione, sive dubio, aut potestate hujusmodi ulla declaratio, sive ullum Indultum, aut qualibet alia gratia ab eodem Alexandro Praedecessore tibi forsitan concessa, & expedita, seu alias literarum Apostolicarum desuper confectarum fuerint: Nos etiam cognoscimus prohibitiones hujusmodi non sine magna, & rationabili causa a Julio, & forsitan aliis Praedecessoribus praedictis emanasse, nihilominus sperantes, & pro certo tenentes, quod Tu scies, & voles commissos tibi Populos in pacis amenitate, & justitiae cultu confovere, Nosque, & Romanam Ecclesiam ipsius Regni proprietarios, & directos Dominos grata devotione, & fide sincera recognoscere, & quanto potentior eris, tanto magis eidem Ecclesiae favere, eamque contra improbos perverforum conatus defendere, & adjuvare procurabis, Te a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, necnon concessionem, & elargitionem, infeudationemque, & investituram de eodem Regno per dictum Alexandrum Praedecessorem tibi, ut praefertur factas, ratas, & gratas habentes, motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro Te Nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, & certa scientia nostris, Te quatenus dictus Ducatus majorem partem Lombardiae hujusmodi comprehendat, Tuque relaxatione juramenti, & dispensatione ad obtinendum Regnum Siciliae citra Pharum, & Ducatum hujusmodi indigeas, seu alias relaxatione, & dispensatione praedictis opus sit, a quibusvis reatu periurii, ac sententiis censuris, & poenis si quas forsitan Regnum Siciliae citra Pharum hujusmodi ante, vel post acceptationem d. Ducatus acceptando, aut Te illius regimini immiscendo, vel illius Regem inscribendo, aut denominando jam forsitan incurristi, aut incurrere po-

Investituram prout in litteris ratificat Pontifex.

XIII.

Renovatio Indulti nominandi ad Canoniam, & Praebendas Ecclesiarum Colonien. Rectori, Decanis, & Provisoribus Universitatis Studii Generalis Colonien. concessi.

Ex Regest. in Sect. Erev.

Dilectis filiis nobilibus viris consulibus, & Senatui Civitatis, & Reipublicae Colonien.

CLEMENS PAPA NONUS

Dilecti filii nobiles viri salutem, & Apostolicam benedictionem.

§.1. Alias pia mem. Paulo PP.V. Praedecessori nostro pro parte vestra exposito, quod pridem fel. rec. Clemens PP. VIII. similiter Praedecessor noster, cum accepisset quod antea recol. mem. Paulus Papa IV. etiam Praedecessor noster certis tunc expressis causis adductis Rectori, & Decanis quatuor facultat. videlicet Theologiae, Juridicae, Medicinae, & Artium, quae consistit in tribus Gymnasiis Montano Laurentiano, & trium Coronarum Universitatis studii Generalis Colonien., Consilioque illius facultatis, ex qua persona nominanda esset, Apostolica auctoritate indulserat, ut cum Provisoribus ejusdem, Universitatis personas assumere possent in eadem Universitate promotas, ac in publicis scholis legentes, & lecturas, quas ipsi Rector, & Decani, ac Provifores praestito juramento, unanimi consilio illius facultatis, in qua legerent, vel legere deberent, ad id more solito congregati idoneas, & Catholicas esse, ac ad laudem, & fructum studiorum profiteri posse cognoscerent, easque dilectis filiis majoris, ac aliarum Ecclesiarum dictae Civitatis Capitulis, ad quos Canoniatum, & Praebendarum in eisdem Ecclesiis consistentium collatio, provisio, praesentatio, electio, institutio, seu quaevis alia dispositio communiter, vel divisim, aut alias quomodolibet pertineret, dictae videlicet majoris, & Sancti Geronis Colonien. ad Presbyterales tantum, ad reliquas vero aliarum Ecclesiarum praedictarum Canoniatum, & Praebendas, qui inde ad triennium tunc venturum in singulis Martii, Julii, & Novembris mensibus Sedi Apostolicae per concordata Germaniae cum ipsa Sede inita, reservatis vacassent nominare valerent, eis, ad quos illorum collatio, praesentatio, electio, & dispositio hujusmodi spectaret, & deinde dictum triennium semel, atque iterum pia mem. Pius Papa IV., & Pius V. etiam Praedecessores nostri ad simile triennium prorogaverant, & indultum praedictum etiam ad majorem post Pontificalem, & principales, aliasque dignitates, personatus, administrationes, & officia etiam curata necnon Vicarias, & Cappellanas perpetuas Majoris, & Collegiarum, aliarumque Ecclesiarum Colonien. quae in praedictis mensibus

Recententur alia Consilii.

Contrariis derogat.

Non intendit tamen praedictare iuris Sedis Apost.

Dat. die 9. Sept. 1667. An. I.

tes auctoritate Apostolica tenore praesentium absolvimus, & liberamus, absolutumque, & liberatum esse decernimus, ac dummodo alia, quae in literis concessionis Regni Siciliae citra Pharum hujusmodi in feudum, necnon Capitulis inter pia memoriae Leonem Papam Decimum etiam Praedecessorem nostrum, & inclitae mem. Carolum Imperatorem tunc Regem Romanorum sub die 3. Mensis Junii anni 1621. initii contenta ad Te, & alios ipsius Caroli Imperatoris Successores pertinentia, & quorum remissio per praedictam Sedem facta non apparet, quorum omnium tenores acsi de verbo ad verbum infererentur similiter praesentibus haberi volumus pro expressis, quoad vixeris inviolabiliter observes, quodcumque Juramentum per Te, aut alium, nomine tuo super non obtinendo Dominio Lombardiae hujusmodi, aut illius majori parte cum ipso Regno Siciliae citra Pharum haecenus forsitan praestitum, & in futurum per Te, vel Procuratorem tuum praestandum, ex nunc, prout postquam praestitum fuerit, ad hoc duntaxat, ut Ducatum, & Regnum Siciliae citra Pharum, & Ducem Mediolani nominare, & inscribere, & ab aliis denominari, & inscribi possis auctoritate, & tenore praedictis relaxamus, Teque eo non teneri, nec astringi pariter decernimus, Tibique quod Ducatum, & Regnum Siciliae citra Pharum, ut praefertur, tenere, & possidere possis auctoritate, & tenore praedictis, de speciali gratia concedimus, & indulgemus, ac personam tuam, si expediat, & opus sit, tuque indigeas, ad praedicta omnia habitamus.

§.2. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus illis, quae Julius, & Leo ac alii Romani Pontifices Praedecessores praedicti in literis, & Capitulis praedictis voluerunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.3. Volumus autem, & declaramus, quod per hujusmodi relaxationem, Decretum, concessionem, Indultum, & habilitationem nullum praedictum nostris, & dictae Sedis, ac S. R. E. Juribus in quibuscumque Civitatibus, Terris, & locis ipsius Lombardiae inferatur, sed jura ipsa in suo robore salva, & illa remaneant, quodque si, quod absit, Te a nostra, & d. Ecclesiae Romanae ratione dicti Regni Siciliae citra Pharum fidelitate retraxeris, praesentibus literis nullius sint roboris, vel momenti, dictumque Regnum Siciliae citra Pharum ad Nos, & dictam Romanam Ecclesiam devolvatur, & devolutum esse censetur, ad eamque libere revertatur eo ipso.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 9. Sept. 1667. Pontificatus nostri Anno I.

bus intra ipsum tempus vacarent, ampliaverant, & successive rec. mem. Gregorius Papa XIII. similiter Prædecessor noster triennium a prædicto Pio V. Prædecessore prorogatum, vel concessum ad aliud triennium primo, & deinde ad quinquennium alias juxta formam literarum Indulti Pauli IV. Prædecessoris prædicti dumtaxat extenderat, vel etiam concesserat, & deinde idem quinquennium ab eo prorogatum vel concessum ad aliud quinquennium ab illius sine numerandum, extenderat, & ampliaverat; Si vero lapsus esset novum quinquennium hujusmodi, ad hoc, ut prædicto novo quinquennio durante, Rector, Decani, ac Provisores prædicti, ad Presbyterales Majores, & Sancti Gereonis tantum, ad omnes vero alios reliquarum Ecclesiarum Colonien. Canonicatus, & Præben. dumtaxat personas nominare possent, de novo concesserat, & successive similis mem. Sixtus Papa V. etiam Prædecessor noster quinquennium ab eodem Gregorio Prædecessore ultimo prorogatum, seu concessum ad quadriennium a fine ultimo prorogati, seu concessi quinquennii hujusmodi inchoandum, extenderat, & ampliaverat; Si vero lapsus esset novum quadriennium hujusmodi, ad hoc, ut ipso durante, Rector, Decani, & Provisores, ad Presbyterales Majores, & Sancti Gereonis, ad omnes vero alios reliquarum Ecclesiarum Colonien. Canonicatus, & Præben. dumtaxat, qui interim in aliquo ex tribus mensibus prædictis extra Romanam Curiam vacarent, & alias juxta formam, & tenorem literarum Pauli Prædecessoris prædicti tantum personas, ut præfertur, qualificatas nominare, & aliam literis dicti Pauli IV. Prædecessoris contenta facere possent indulserat, ita tamen, ut persona sic nominata intra sex menses a die provisionis, collationis, seu alterius cujusvis dispositionis de dictis Canonicatibus, & Præbendis in vim nominationis hujusmodi factæ numerandos novas provisiones de eisdem Canonicatibus, & Præbendis a dicta Sede petere, & Literas Apostolicas sub Plumbo in totum expedire, ac jura Cameræ Apostolicæ, & aliis propterea debita persolvere omnino tenerentur, & nisi præmissa adimplerent, ipso semestri elapso, iidem Canonicatus, & Præbendæ vacent, eo ipso, & sic vacantes per Sedem Apostolicam dumtaxat aliis quibusvis personis conferri libere possent. Volens, ut Rector, & alii prædicti hujusmodi jus nominandi habentes sive Ecclesiastici, sive laici forent, fidem Catholicam juxta articulos ab eadem Sede propolitos in manibus Archiepiscopi, seu Officialis Colonien. pro tempore existentis annis singulis profiteri tenerentur, alioquin nominationes ab eis faciendæ, & inde secuta omnia nullius essent roboris, vel momenti; Ipse etiam Clemens Prædecessor, certis tunc expressis de causis tempus quadriennii per dictum Sixtum Prædecessorem prorogati seu de novo concessi de consilio tunc existentium S. R. E. Car-

dinalium Congregationis Germaniæ bis ad aliud quinquennium extenderat, & prorogaverat, et quatenus lapsus esset idem Indultum de novo concesserat juxta formam literarum Pauli IV. Prædecessoris prædicti ita tamen ut Prioris Indulti hujusmodi prorogatio, seu concessio non extenderetur ad Canonicatus, et Præbendas Ecclesiæ Metropolitanæ, ad Vicarias vero tam d. Metropolitanæ, quam aliarum Ecclesiarum omnium dictæ Civitatis, etiam ad alios, qui in alia, quam Colonien. Academia gradum suscepissent illud extensum esse volebat, et extenderat, ac ampliaverat, volens, et inhibens si aliquis nominatus Beneficium, ad quod nominatus fuisset resignare vellet, ne ullo modo, nisi in manibus Romani Pontificis, aut Nuncii Apostolici in dicta Civitate Colonien. pro tempore degentes, hujusmodi Beneficium ad favorem alterius a Rectore, et Decanis prædictis nominandi, nec per resignationem illud, nec per permutationem dimittere posset, quodque non nisi servato inter competitorum concursu a Sacro Concilio Tridentino in Collationibus Parochialium Ecclesiarum præscripto ad Canonicatus, et Præbendas prædictos nominare, et conferre deberent, et nominationes jurare, se digniorem, et ad profitendum munus magis aptum prolaturos, et vicissim eum quem præferri contigisset, jurare se injunctum profitendi officium diligenter præstiturum deinde vero ex causis prædictis dictus Clemens Prædecessor Indultum hujusmodi ad quinquennium iterum prorogaverat, extenderat, seu concesserat, decreveratque hujusmodi Canonicatus non nisi personis ex aliqua ex dictis Universitatibus idoneis, quæ jurejurando ad profitendum munus diligenter sese adstringerent, dumtaxat conferri, ac Canonicatus, et Præben. prædictos per eos hujusmodi nominationis vigore obtinere. non nisi in manibus Romani Pontificis pro tempore existentis, cum specifica mentione, quod illos vigore nominationis consequuti essent, resignari, vel alias dimitti nullatenus possent, alioquin Canonicatus, et Præbendæ hujusmodi vacarent, eo ipso, itaut de illis per Sedem Apostolicam dumtaxat disponi posset, idem Paulus V. Prædecessor supplicationibus vestro nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, indultum vobis a prædicto Clemente Prædecessore concessum, et desuper expeditas literas prædictas ad aliud quinquennium a fine quinquennii ultimo dicti a Clemente Prædecessore concessi computan., auctoritate Apostolica extendit, et prorogavit, et nihilominus sine præjudicio tuorum, et pro tempore existentis Archiepiscopi Colonien. dilectis filiis Rectori, et Decanis prædictarum quatuor facultatum in dicta Universitate canonicè institutarum, et consilio illius ex facultatibus hujusmodi, cujus persona juxta formam literarum Pauli IV. Prædecessoris nominanda fuisset, etiam pro tempore existentibus una cum dilectis filiis Provisoribus ipsius Universitatis, ut perso-

personas in ead. Universitate promotas, & legentes, ac lectiones, quas ipsi Rector, & Decani, ac Provisores medio eorum Juramento una cum Consilio facultatis hujusmodi in qua personæ ipse legerent, & legere deberent, ad hoc more solito convocato idoneas, & Catholicas esse, ac cum laude, & fructu inibi pro tempore studentium profiteri posse affirmarent, itaut si controversia in nominando inter Rectorem & Decanos, necnon Provisores, & consilium hujusmodi exorta fuisset, ille quem major pars votis suis præferendum putasset, præferretur, dilectis filiis Majoris, ac S. Gereonis & aliarum Ecclesiarum Capitulis, ad quos Canonicatum, & Præbendam in eisdem Ecclesiis consisten. collatio, provisio, præsentatio, electio, institutio, seu quævis alia dispositio conjunctim, vel separatim, vel alias quomodolibet cessantibus, reservationibus, & affectionibus Apostolicis pertinebat, videlicet ad Presbyterales tantum Majoris, & S. Gereonis, itaut nominanda persona secundum eorum statuta, & privilegia eorum Capitulis concessa, ut præfertur qualifacæ essent, ad omnes vero, & singulos alios Canonicatus, & singulas Præbendas reliquarum Ecclesiarum hujusmodi, quæ ex tunc ad quinquennium tunc proxime futurum a fine ultimi quinquennii per Clementem Prædecessorem prorogati seu concessi computan. in singulis Martii, Julii, & Novembris mensibus pro tempore vacassent, & vacare contingeret nominare libere, & licite valerent, dicta auctoritate concessit, & indulgit, ac statuit, & ordinavit, quod si, ad quos collatio, provisio, præsentatio, electio, & institutio, vel quævis alia dispositio Canonicatum, & Præbendarum hujusmodi pro tempore spectaret, Canonicatus, & Præbendas quos persona ad illos sic nominata per se, vel Procuratorem suum ad hoc ab eis specialiter constitutum infra unius mensis spatium, postquam eis, vel Procuratori suo illorum vacatio innotuisset duxissent acceptan. cum omnibus juribus, & pertinentiis suis eisdem nominatis personis conferre, & de iis etiam providere, seu eas ad illos præsentare, aut eligere, aut in illis instituere, vel alias de illis in earumdem personarum nominatarum favorem disponere tenerentur, quodque iis permittitur facere recusantibus, vel negligentibus, aut differentibus etiam pro tempore Abbas S. Martini Colonien., ac Decanus Ecclesiæ S. Pauli Leodiens., & qui hæreticæ pravitate Inquisitor in illis partibus, Apostolica auctoritate deputatus existeret, Prior Domus Ordinis Fratrum Prædicatorum etiam Colonien., & eorum quilibet Canonicatus, & Præbendas sic vacantes personis ad illos, ut præfertur nominatis pro ea vice tantum eadem auctoritate conferre, & de illis etiam providere pariter libere, & licite possent, & quod ab eisdem personis sic pro tempore nominatis in actu nominationis de eis pro tempore factæ, in qua facultate, in quo Gymnasio, & qua hora illa docere, seu legere deberent expr i-

meretur, & si a præmissis defecissent post primam, & secundam monitiones eis desuper factas a perceptione fructuum, reddituum, et proventuum Præbendarum quas vigore nominationum, et collationum hujusmodi tunc assequuti fuissent, per Abbatem, et Decanum Ecclesiæ S. Pauli Leodiens., ac Priorem prædictos, aut aliquem ex eis ad requisitionem illis per Rectorem, & Decanos facultatum, & Provisores Universitatis hujusmodi facien. suspenderentur & si suspensionem hujusmodi per mensum animo sustinuisent indurato, iidem Præbendis ipso facto, & cum effectu privarentur, & pro privatis haberentur, & statim de illis, aliis personis modo, & forma præmissis provideretur: Verum si personæ nominatæ prædictæ in aliquam suspensionem hæresis incidissent, in eas per Inquisitores hæreticæ pravitate in illis partibus eadem auctoritate deputatos absque ulla mora inquireretur, & si illæ compertæ fuissent hæresis hujusmodi infectæ, alii Catholici ad Beneficia per illos obtenta simili modo nominarentur, & subinde quinquennium hujusmodi ad aliud quinquennium a fine ultimo quinquennii computan. semel, atque iterum extendit, & prorogavit, seu concessit, & indulgit. Postmodum autem postquam fel. rec. Gregorius Papa X V. similiter Prædecessor noster per suas in simili forma Brevis expeditas literas Indultum prædictum vobis, ut præfertur, prorogatum, ac desuper concessas literas, & in eis contentas, ita tamen, ut hujusmodi Indultum Canonicatus, & Præben. Metropolitanæ Ecclesiæ Colonien. minime comprehenderet neque ad eos se extenderet, ac sine præjudicio dicti tunc, & pro tempore existentis Archiepiscopi Colonien. ac alias sub certis modo, & forma tunc expressis, ad aliud quinquennium de novo concesserat, & subinde rec. etiam me: Urb. PP VIII. pariter Prædecessor noster attendens, quod Indultum hujusmodi per Cancellariæ Apostolicæ Regulas revocatum fuerat, & sicut eidem Urbano Prædecessori tunc exponi feceratis causæ propter quas idem Indultum a prædicto Paulo IV. primo loco concessum, & ab aliis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris prædictis ut supra prorogatum, & expresse de novo concessum fuerat, conservationis nimirum Catholicæ Religionis in ista Civitate Colonien. eo usque vigeant, vosque cupiebatis ad Catholicorum virorum studia in istis partibus alenda, & allicienda hujusmodi indulto diutius frui posse; Idem Urbanus Prædecessor per alias suas in simili forma Brevis expeditas literas Indultum prædictum vobis per dictum Gregorium Prædecessorem ad quinquennium, ut præfertur de novo concessum, ac desuper concessas literas prædictas, et in eis contentas, ad aliud quinquennium Apostolica auctoritate sub certis modo, et forma tunc expressis de novo concessit, ipsamque quinquennium ad aliud pariter quinquennium, ac deinde secundum dictum quinquennium ad aliud similiter quinquennium exten-